

eminentia sublimitas et excellentia. illiusque ne-  
cessitas et summa utilitas. Colligit deique quanta  
sit huius status felicitas et comoditas. Super-  
est tandem ut illius calamitates et miseriae. in fe-  
licitates atque pericula brevissime audiamus.

**C**apitulū nonū de plurimis anxietatibus  
et aculeis laboribus et periculis status et  
dignitatis cardinalatus. et de oneribus  
que incumbunt huic dignitati.

**H**elic certe et totius prosperitatis honoratio-  
ratque beatio- esset cardinea dignitas et  
nisi plures longe miserie atque calami-  
tates illam premerent: quam felicitatis et dulce-  
dimis cumulus demulceret. Ruo fit ut qui re-  
ctus. qui iustus. qui equus huius rei censor  
extiterit et utique reperiet statum illum multis  
calamitatibus et amaritudinibus respersum  
esse. ut de eis ipse in hoc status culmine seden-  
tibus Augustinus dicere videatur. quia sum-  
mis felicitatibus deus amaritudines immis-  
cet. ut alia queratur felicitas cuius dulcedo  
non est fallax. fallax certe istius status subli-  
mitas est. fallax gloria. si se falli permiserit: nisi  
illius dulcia ut amara consideret. Illa enim  
si mente reuoluerit et experietur utique quod potest